

# ARTIS AMATORIAE

## LIBER PRIMVS

[*Poēta: artifex et praceptor amōris*]


Sī quis in hōc artem populō nōn nōvit amandī  
hoc legat – et lēctō carmine doctus amet!  
Arte citae vēlōque ratēs rēmōque moventur,  
arte levēs currūs: arte regendus amor.

5 Curribus Automedōn lentīsque erat aptus habēnīs,  
Tiphys et Haemoniā puppe magister erat:  
mē Venus artificem tenerō praefēcit Amōri;  
'Tiphys et Automedōn' dīcar 'Amōris' egō.  
Ille quidem ferus est et quī mihi saepe repugnet,  
10 sed puer est, aetās mollis et apta regī.  
Phillyridēs puerum citharā perfēcit Achillem,  
atque animōs placidā contudit arte ferōs.  
Quī totiēns sociōs, totiēns exterruit hostēs,  
crēditur annōsum pertimuisse senem:  
15 quās Hector sēnsūrus erat, poscente magistrō  
verberibus iussās praebuit ille manūs.

Aeacidae Chīrōn, ego sum praceptor Amōris:

artifex -ficiis *m* = quī artem scit  
praceptor -ōris *m* = quī praecipit,  
magister

sī quis in hōc populō (: populō Rō-mānō) artem amandi nōn nōvit



habēnae  
-ārum *tpl*

citus -a -um = celer | ratis -is *f*: nāvis  
arte vēlōque rēmōque citae ratēs mo-  
ventur, arte moventur levēs currūs:  
arte regendus *est* amor

Automedōn -ontis *m*, aurīga Achillis  
lentus -a -um = mollis, quī flectitur  
aptus habēnīs (*dat*) = aptus ad habē-  
nās (: ad regendōs equōs)

Tiphys -yis *m*, gubernātor Argūs; et  
T. erat magister *in* puppī Haemoniā  
(: gubernātor nāvis Haemoniae)

Haemonius -a -um < *Haemoenia* -ae  
*f* = Thessalia, unde vēnit Argō  
Venus mē artificem (: praceptōrem)  
praefēcit tenerō (: puerō) Amōri  
Amor -ōris *m* = Cupidō, deus amōris  
(puer arcū et face armātus) | ego

et quī ... repugnet : et tam ferus ut ...  
repugnet

aetās *eī est* mollis et apta regī (: ad  
regendum)

Phillyridēs -ae *m*: Chīrōn -ōnis *m*, fi-  
lius *Phillyrae* Nymphae, centaurus  
doctus quī Achillem puerum citharā  
(fidibus) perfēcit (: docuit)

con-tundere -tudisse -tūsum = fran-  
gere; placidā arte animūm ferum  
contudit (: pārentem fēcit)

*is* (: Achillēs) quī... | totiēns = totiēs  
*adv* -iēns = -iēs: totiēns, quotiēns  
annōsus -a -um = multōrum annō-  
rum; annōsum senem : Chīrōnem  
per-timēscere -muisse = timēre in-  
cipere

*eās* manūs quās Hector sēnsūrus erat  
... ille iussās (: ut iussum erat) ver-  
beribus (: verberandās) praebuit  
praebēre -uisse -itum = offerre, dare

Aeacidēs -ae *m*: Achillēs, Aeaci ne-  
pōs (Aeacus -i *m*, Iovis filius, rēx);  
Aeacidae *praceptor* fuit Chīrōn

uterque : et Achillēs et Amor  
nātus deā : filius deae: Achillēs, filius  
*Thetidis*, deae maris (*Thetis -idis f.*)

cervix -icis f = collī pars posterior  
frēna -ōrum n = ferrum positum in  
ōre equī ad eum regendum  
magn-animus -a -um = fortis  
frēna teruntur dente equī magnanimī  
terere = ūsū cōnsūmere/minuere

cēdere + dat (↔ repugnare) : pārēre  
quamvīs meūm pectus vulneret arcū  
(: sagittā)  
ex-cutere -iō -cussisse -cussum (< ex  
+ quaterē) = quaterē; iactātam facem  
(sagittā) figere = percutere, laedere  
violentus -a -um = vī ūtēns; adv violēnter, comp violentius

quō ... hōc + comp = quantō ... tantō;  
quō violentius mē fixit Amor .....,  
hōc melior factī vulneris ultiō erō  
(: melius vulnus factum ulciscar)  
Phoebus -i m = Apollō: deus vātūm  
et poētarūm | artēs mihi datās esse  
nec ego moneor | āerius -a -um < āer  
cantū avium poētae monēri solent  
Cliō -üs f, Mūsa; Cliūs sorōrēs: cē-  
terae Mūsae (Iovis filiae)  
mihi vīsae sunt = mihi appārērunt  
Hēsiodūs poēta nārrat 'sibi Mūsās ap-  
pārisse, dum ovēs servāret (cūstō-  
dīret) in valle ad Ascram oppidum'  
*in valle tuā, Ascra (sub Helicōne)*  
Ascra -ae f, in Boeōtiā, Hēsiodī patria  
ūsus (: quod expertus sum) hoc opus  
movet | vātēs -is m : poēta

coep̄ta -ōrum n pl = opus coemptū  
māter Amōris: Venus  
vitta -ae f, mātrōnae vēlūm capitis  
īsigne -is n = quod rem significat;  
ī. pudōris : quod pudōrem significat  
pudor : pudicitia -ae f < pudica  
īinstita -ae f, mātrōnae vestis longa  
tūque īinstita longa quae tegis...  
ego... canam | venus -eris f = amor  
con-cēdere = permettere (↔ vetāre)  
fūrtum -i n = quod clam fit  
in meō carmine nūllum crīmen erit

saevus uterque puer, nātus uterque deā.

Sed tamen et taurī cervīx onerātur arātrō,  
frēnaque magnanimī dente teruntur equī; 20  
et mihi cēdet Amor, quamvīs mea vulneret arcū  
pectorā, iactātās excutiatque facēs.

Quō mē fixit Amor, quō mē violentius ussit,  
hōc melior factī vulneris ultiō erō.

Nōn ego, Phoebe, 'datās ā tē mihi' mentiar 'artēs', 25  
nec nōs āeriae vōce monēmur avis;  
nec mihi sunt vīsae Cliō Cliūsque sorōrēs  
servantī pecudēs vallibus, Ascra, tuīs.

Ūsus opus movet hoc: vātī pārēte perītō,  
vēra canam – coeptīs, māter Amōris, ades! 30  
Este procul, vittae tenuēs, īsigne pudōris,  
quaeque tegis mediōs īinstita longa pedēs!

Nōs venerem tūtam concessaque fūrta canēmus  
inque meō nūllum carmine crīmen erit.

[*Dē puellā reperiendā, exōrandā, tenendā*]

Prīncipiō, quod amāre velīs reperīre labōrā 35  
qui nova nunc prīmum mīles in arma venīs!

ex-ōrāre (+acc) = persuādēre (+dat)


quod (: eam quam) amāre velīs  
reperiēre labōrāl = labōrā ut reperiās!  
[*labor prīmus*]

tū qui nūc prīmum venīs mīles in  
nova arma! (: amātor militāns!)

Proximus huic labor est placitam exōrāre puellam;  
tertius: ut longō tempore dūret amor.

Hic modus. Haec nostrō signābitur ārea currū;

40 haec erit admissā mēta premenda rotā.



[*Ubi puella quaerenda sit*]

Dum licet et lōrīs passim potes īre solūtīs  
ēlige cui dicās “tū mihi sōla placēs!”

Haec tibi nōn tenuēs veniet dēlāpsa per aurās:  
quaerenda est oculīs apta puella tuīs.

45 Scit bene vēnātor, cervīs ubi rētia tendat,  
scit bene, quā frendēns valle morētur aper;  
aucupibus nōtī fruticēs; quī sustinet hāmōs  
nōvit quae multō pisce natentur aquae.

Tū quoque, māteriam longō quī quaeris amōrī,  
50 ante frequēns quō sit disce puella locō!

Nōn ego quaerentem ventō dare vēla iubēbō,  
nec tibi ut inveniās longa terenda via est.

Andromedam Perseūs nigrīs portārit ab Indīs,  
raptaque sit Phrygiō Grāia puella virō –


proximus huic labor: *labor secundus*  
placitus -a -um = qui placet, grātus  
[*labor prīmus*: I.41–262, *secundus*:  
I.263–770, *tertius*: II]  
dūrare = (diū) manēre

modus = finis statūtus; hic *est* modus  
signāre = (signō) statuere; haec ārea  
nostrō (: meō) currū signābitur  
ārea -ae f = locus apertus : circus  
mēta -ae f = (in circō) lapis quō ex-  
trēmus cursus signātur; haec erit  
mēta admissā rotā premenda  
admittere = currere sinere; admis-  
sus -a -um : celerrimus  
poēta simulat sē aurīgam circēnsibus  
mētam premiere (tangere) currū



lōra -ōrum n pl = habēnae; lōrīs so-  
lūtīs : liberē (nōndum uxōre ductā!)  
passim adv = longē latēque, ubique  
ēlige aliquam cui dicās (: tam pul-  
chram ut eī dicās): “...”

dē-lābī -lāpsum; per tenuēs aurās



vēnātor -ōris m = qui vēnātur (rētia  
in silvā tendit ut bēstiās capiat)  
in quā valle frendēns aper morētur  
frendere = irātus dentēs movēre/os-  
tendere

aucipēs -cupis m = qui avēs capit  
frutex -icis m = arbor humilis; fruti-  
cēs aucupibus nōtī sunt  
qui sustinet hāmōs : pīscātor  
aquām natāre = in aquā natāre: quae  
aquea multīs pīscibūs nātentur : in  
quibus aquīs multī pīscēs nātent  
māteriam longō amōrī : fēminam  
diū amandam

ante adv = anteā, prius; disce quō  
locō frequēns sit puella (: frequen-  
tēs sint pueillae)

tē quaerentem  
ventō vēla dare : nāve proficisci  
viam terere = viā ūlī, viā ire  
Andromeda -ae f, virgō quam amāvit  
Perseus (-ī m) et ab Indīs servāvit  
Indī -ōrum m pl < India -ae f | nigrīs  
portāverit comī perf: portāvit quidem  
Grāius -a -um = Graecus; Grāia pu-  
ella (: Helena) ā virō Phrygiō (: Pa-  
ride) rapta sit (: rapta quidem est)  
Phrygius -a -um < Phrygia -ae f

(at) Rōma tibi dabit tot tamque fōrmōsās Rōma puellās  
mōsās puellās ut dīcās: “...”

haec urbs (: Rōma)  
quic-quid = quid-quid (puellārum)  
Gargara/Mēthymna -ae f, loca Phrygiae/Lesbī frūmentō/vinō fertilissima | seges -etis f = ager frūmenti  
racēmus -ī m = ūva  
quot ....., tot: quot segetēs G. *habet*,  
quot racēmōs habet M., quot piscēs  
*in* aequore *sunt*, quot avēs fronde teguntur, quot caelum stēllās *habet*,  
tot puellās habet tua Rōma

māter Aenēae (: Venus) in urbe sui  
filii cōnstitit | cōsistere -stittisse

(amōre) capī : incendī  
prīmīs ... annīs : prīmā aetāte (puellae)

iuvenis -is f = fēmina iuvenis

vōtum -ī n = quod optātur, voluntās  
ne-scius -a -um + gen = ne-sciēns;  
tuī vōtī nescius esse : nescire quid  
tibi optandum sit  
sērus -a -um = posterior (tempore);  
adv sērō, comp sērius  
hoc agmen (: haec multitudō fēminārum aetātis sapientiōris)  
plēnius comp = satis plēnum

*Octāvia*, Augustī soror, porticum dēdicāvit filiō Mārcellō, cui iam alia mūnera (ut theātrum) dēdicāta erant

porticūs: *Pompēiī*, *Octāviae* (in cam-pō Mārtiō), *Līviae* (in Ēsquiliis)

sub umbrā Pompēiā : in porticū  
Pompēiī | lēntus ↔ celer

spatiārē = ambulāre

Leō: sīdus; cum sōl tergum Leōnis  
adit : mēnse Iūliō/Augustō

Herculeus -a -um < Herculēs; Leō  
Herculeus: ab Hercule necātus

māter (*Octāvia*) mūneribus nātī (Mārcellī) suūmūnus (: porticum) ad-

didit, opus extērnō marmore dīves  
extērnus -a -um (↔ intērnus) : extrā

Italiā repertus

nec tibi vītētūr (: vītanda est) porticus  
quae nōmen auctōris habet: ‘Līvia’

prīscīs sparsa tabellīs : ḥōrnāta multīs  
prīscīs tabellīs pictīs (: imāginib⁹)

auctor -ōris m/f = quī/quae prīmū  
rem cōnstituit; *Līvia*, uxor Augustī,  
porticum cōnstituit in Ēsquiliis

tot tibi tamque dabit fōrmōsās Rōma puellās

55

“haec habet” ut dīcās “quicquid in orbe fuit!”

Gargara quot segetēs, quot habet Mēthymna racēmōs,

aequore quot piscēs, fronde teguntur avēs,

quot caelum stēllās, tot habet tua Rōma puellās:

māter in Aenēae cōnstitit urbe suī.

60

Seu caperis prīmīs et adhūc crēscentibus annīs,

ante oculōs veniet vēra puella tuōs;

sīve cupis iuvenem, iuvenēs tibi mīlle placēbunt:

cōgēris vōtī nescius esse tuī.

Seu tē forte iuvat sēra et sapientior aetās,

65

hoc quoque – crēde mihī! – plēnius agmen erit.

### [Porticūs]

Tū modo Pompēiā lēntus spatiāre sub umbrā,

cum sōl Herculeī terga Leōnis adit,

aut ubi mūneribus nātī sua mūnera māter

addidit, extērnō marmore dīves opus;

70

nec tibi vītētūr quae – prīscīs sparsa tabellīs –

porticus auctōris ‘Līvia’ nōmen habet.

..... [Templa, Forum]

## [Theātrum]

89 Sed tū praecipue curvīs vēnāre theātrīs,  
90 haec loca sunt vōtō fertiliōra tuō.

Illīc inveniēs quod amēs, quod lūdere possīs,  
quodque semel tangās, quodque tenēre velīs.

Ut redit itque frequēns longum formīca per agmen,  
grāniferō solitum cum vehit ōre cibum,  
95 aut ut apēs saltūsque suōs et orentia nactae  
pāscua per flōrēs et thyma summa volant,  
sīc ruit ad celebrēs cultissima fēmina lūdōs;  
cōpia iūdicium saepe morāta meum est.


Spectātum veniunt – veniunt spectentur ut ipsae!

100 Ille locus castī damna pudōris habet.

## [Rapīna Sabīnārum]

Prīmus sollicitōs fēcistī, Rōmule, lūdōs,  
cum iūvit viduōs rapta Sabīna virōs.

Tunc neque marmoreō pendēbant vēla theātrō,  
nec fuerant liquidō pulpita rubra crocō;  
105 illīc quās tulerant nemorōsa Palātia frondēs  
simpliciter positae; scaena sine arte fuit;



in curvīs theātris (: quibus curvī sunt gradūs spectātōrum)

vōtō tuō fertiliōra = fertiliōra quam vōtūm tuūm (: quam optās)  
inveniēs aliquod quod amēs, quod... : aliquam quam amēs, quam...  
lūdere + acc = ē-lūdere



ut formīca frequēns per longum agmen redit it-que (: it redit-que)  
grānum -i n = sēmen frūmentī  
grāni-fer -a -um = grānum ferēns  
cum solitum cibum vehit ōre grāniferō  
cibus solitus : cibus quem ēsse solet  
saltus -ūs m = silva in montibus  
olēre = (bonum) odōrem ēmittere  
saltūsque ... nactae : cum saltūs suōs  
et orentia pāscua nactae sunt

pāscua -ōrum n pl = loca ubi pecus pāscitur



cultus -a -um = mundus, ḫrnātus

cōpia -ae f = multitūdō  
morāri + acc = morantem facere



castus -a -um = probus, pūrus  
damnum -i n = iactūra ( $\leftrightarrow$  lucrum)  
: illō locō casta pudīcitia perit

Sabīnī -ōrum m pl = gēns Italiae; adi Sabīnus -a -um, f fēmina Sabīna Rōmulus, cum Romam condidisset, Sabīnōs in novam urbem vocāvit et lūdis virginēs Sabīnās rapī iussit!  
rapīna -ae f < rapere

sollitus -a -um ( $\leftrightarrow$  tūtus) = cūrā affectus

iūvare iūvisse = dēlectāre; cum raptae Sabīnāe virōs viduōs iūverunt

viduus -a -um = sine coniuge in marmoreō theātrō; vēla; quae

spectātōribus umbrām dant

pulpita -ōrum n pl = scaena | fuērunt

liquidus -a -um = fluēns (ut aqua, lac, vinum), n māteria liquida | rub-ra

crocum -i n = fluidum rubrum et olēns quō perfunduntur pulpita

nemorōsus -a um < nemus -oris n = silva; nemorōsum Palātium tulerat

sim-plex -icis adi = ē singulis cōstāns, nōn ḫrnātus; adv simpliciter

= sine arte | positae erant